

iuniperi, opij, thuris minutis, myrræ, croci, ana: fac catapota ciceris magnitudine, ida vespere à tribus ad quinque. Nostræ præterea trochisci sunt efficaces ad immodicum alii fluorem à medicamento purgante excitatum, vel alia causa & ad cholera morbum. Nam & vomitum à causa præsertim frigida stringunt, & facultates corpus gubernantes roborant, & somnum conciliant: recipiunt vero cyperi, thuris minutis, ameos, gallæ, croci, galliæ moschatae, caryophyllorum, balaustij, chamæpityos, malicorij, myrræ, spicæ, ana drac. duas hyoscyami, opij, ana drach. vnam, & dimidiam: fac trochiscos 10 aurei vnius: datur vnuis. Sunt & alij nostri trochisci in præsentem scopum efficacissimi, hoc est, ad stupefaciendum, & omnem alui fluorem & vomitum à causa calida. Recipiunt spodij, seminis rosæ acaciae, hypocisthidos, balaustij, sanguinis draconis, gallæ, croci, ana drach. duas: boli drachmam vnam & dimidiam: opii, hyoscyami, ana drachmam vnam: fac trochischos drachmæ vnius: datur vnuis cum aqua rosarum.

THEOREMA

Q V A R T V M .



VARTVS nobis scopus superest, correctio sci-
licet noxarum in corpore à medicamento post
purgationem relictarum, capitibus tredecim ab-
soluenda.

Curatio febrium purgationi superuenientium.

C A P V T . I.

D E morborū purgationi immodicæ succendentium cura-
tione agamus, primumq; de febribus. Has autem medi- 39
camentū purgans excitat, vel quod ipsum immodicè calidū &
1 acre intemperiem calidā siccā in corpore relinquat, vel quod
2 materiam commouit, non expulit, hæc autem velut cōculca-
ta putrescit, & febrem excitat vel quod sumpto valenti medi-
3 camento purgante, motus vehemens corporis aut animi su-
4 peruenit: vel quia frigoris occurſu pori sunt densati, qui vaporē
5 transpirationē prohibuerūt: vel quia sol humores iā motos in-
6 cendit: vel quia post medicamentum purgans homo cibū ce-
lerauit, quo factum est, vt medicamenti aliquid cū alimento in
venas penetrarit, & fluxū valentē concitauit, aut materiā cō- 40
cul

THEOREMA QVARTVM.

43

culcauit, & ob id putredini parauit: vel quia quæ materiæ co-⁷
quere & expulsioni parare debebāt, ante nō sunt sumpta. Quæ
propter medicamentū purgans, dū crudā materiam trahit, in-
terdū naturā dislocuit, nec vacuat humores, sed conculcat &
putredini parat. Atq; vt summatim dicā, error omnis in viðtus
ratione febres has excitare potest. Has autē febriū causas pre-
cessisse cū certò intellexerimus, abigere per cōtraria, si adhuc *Curatio s. 8.*
perseuerant, oportet: nisi febris magnitudo curādi ordinē in-
terpellet. Interdum enim causæ febriū gignentis maior est ha-
¹⁰benda ratio: interdū febris, præsertim cū malignior est. Que
duo tibi diligēter sunt discernēda. Quod si causa febris est fri- *se cognitio-*
gus, poros dēfans, adhibe quæ diximus poros aperire, & vapo- *nem, libro*
res transpirabiles reddere: quas ad res sudorem prouocasse est *7. meth.*
imprimis salubre. Si autē vel solis æstus, vel medicamēti calor
vehemens & acer, febrim excitat, calorem hunc extingue re-
frigerantibus, & acrimoniam obtūde remediis post dicēdis. Si
prætereà materia vacuanda tātū est, cōmota & inde cōcul-
cata putret, & quæctur, & expulsioni parata vacuetur. Si à motu
corporis aut animi post medicamentum febris est, cura vt dia-
²⁰riam ab his causis natam. Si à festina comeditione sequuta est fe-
bris à cibis abstinentia curatur. Si prætereà febris est multū ar-
dens, calorē flammeū extinguentibus cura, aëre appara, cibū,
potum, vnguenta, emplastra cordis, & hepatis frigida suffice,
& odoramenta frigida, & medicamenta cardiaca frigida. Po-
stremò balneis temperatis corpus humecta & vtere reliquis
omnibus, quæ cōtra febrium ardorem à peritis scripta sunt. Si
autem pigra febris est, interdum eius causa æquāda, expulsi-
ni paranda, vacuāda: est quando febris maius est momentum.

Cephalalgia post purgationem.

C A P. I I.

³⁰ **D**olor capitis à purgatione fit, vaporibus in caput subla-
tis, à medicamento purgante: præsertim violento, aut im-
perfectè vacuante, aut materiæ mouente quidem in capite, sed
non eduentè: aut à causa aliqua externa superueniente, vt ca-
pitis calore, frigore, & similibus. Eius autem doloris curatio
est quoque in promptu, causa ipsius cognita. Si enim à vapore
est sursum ascendentē, ad contraria is reuelliuit dictis prius
remediis. Si verò iam sit elatus, idemque calidus, humeralem
venam incidimus. Si autem frigidus est, curandus quomodo
⁴⁰ alii dolores à causa frigida. Ad id autem secta malleoli vena re-
me

medium est præstantissimum. Si denique crassus est vapor & frigidus, curatur remediis morbo conuenientibus, tibi non ignotis. Verum si materia est mota, tandem ubi cocta erit, vacuetur purgatione idonea. Si postremò dolet caput ab intemperie, medicamento vel aliis causis succedente, curetur alterantibus contrariis conuenientibus.

De Vertigine post purgationem.

C A P. I I I.

Vt si phiala aqua plena circuagat et corpus vertas, phiala te quiescente, motus aquae spirituum in gyrum persenerat. *Sic in ebris vertigo sit.* **V**ertigo inde accidit quod interdum vaporessa medica-¹⁰mento moti & sublati, caput petunt: ibiꝑ motum rebus agitatis proprium excitant, qualis est aquae in gyrum cōmotæ, vel in vorticibus circumactæ ob alterius occursum: qualis item est rerum leuum venti vertiginosi turbinoſo flatu circumactarum. Vertigo autem à vaporibus in nobis fit, quando hi in cerebri ventriculis & arteriis circumacti, vna secum spiritus circumagunt, & maximè quo loco nerui sensuum opifices oriuntur. Quapropter imaginatur æger omnia super seipsum volui, & terram sub pedibus tremere & moueri. Istud autem symptoma hoc modo curabis: si abundet sanguis, humeralem ²⁰ incide: scarificato: item aurium cartilago, & cucurbitulæ cervicibus affixa & cruribus, in id admodum conducunt: & præter hæc vietus ratio tenuis, quæ sanguinem minuat: post hæc omnia aquæ dulcis balneo lauabis. Si autem vertigo est ab humorum copia, vacuentur vomitu, aut [potius] deiectione: post hæc cerebrum his quæ affectui quoq; conueniunt, roboran-³⁰dum est. Friccio quoq; partium inferiorum, & alia quævis in contrarium reuulsio, prodest. Prouidendum quoque est parti- bus his, vaporessa in cerebrum transmittentibus, ut ventriculo, hepati, lieni, folliculo fellis, & aliis: Postremò quod in capite, reliquum est vaporum, id resoluendum est.

De Visus imbecillitate post purgationem.

C A P. I I I I.

Visio fit imbecilla post purgationem, interdum ab oculi partium siccitate immodata superflua vacuationi suc-⁴⁰cedente: interdum ab humore in nerui optici cauitate coacto, quem medicamentū liquauit, & nō vacuauit: interdū à vapo-
re crasso turbido, quem medicamentū ad caput & videndi in-
strumenta subleuat. Si autem visio imbecilla sit ob siccitatem
vacua

vacuationi immodicæ succedentē, humectantibus curanda, cibo, potu, proba nutritione, balneo, somno, & cæteris corpus totum, & oculos præcipue, humectantibus. Si ab humore per medicamentum liquato in neruo optico, curabitur catapotii coccis, & ex hiera, & ex aromatibus, quæ in antidotario descripta habes. Destillato quoq; in oculum succo chelidonij, & fœniculi, & felle perdicis, aut ericij, aut aquilæ, aut capræ, aut collyrio ex fellibus. Si ex vapore crasso & turbido excitatur visio imbecilla, humor est vacuandus, à quo tenuato vapor attollitur, & vapores sursum ascendentes sunt tum repellendi, tum ad inferiora reuelli per horum frictionem, & exercitationem. In oculum verò dicta collyria instillanda. Adhæc salubre est ieiuno quidem ventriculum excrematis purgare hieræ picræ infuso, aut aloës, aut absinthij decocto, aut oxymelite scillino. Post pastum vero vapores à cibo leuari solitos prohibere, coriandro præsertim, & cydonio, & similibus. Postremò adhibe oculis, quæ ipsos roborent, & tergeant, quantū tibi videbitur.

De ventriculi imbecillitate post purgationem.

C A P.

v.

Ventriculi imbecillitas interdum est cōmunitas toti ipsius corpori, tuncq; omnis facultas naturalis (cuius origo est ventriculus) imbecilla simul efficitur: interdum ori ipsius (quæ stomachum appellant) est propria, tūc appetētia fit imbecilla: interdum fundo ipsius, & villis retinentibus, tūc retentrix imbecilla sequitur. Ventriculo autē imbecillitas post purgationē accedit, quod medicamentū ei intemperiem pariat, aut ipsius corpus inanitione immodica extenuet & rarefaciat: aut humorē benignū supernatātē vacuet, & noxiū relinquit potius imminersum, aut adhærentē, aut imbibitum: aut materiam mouit in eo, sed non expulit: aut ipsum medicamentū in ventriculo permanet, villis eius adhæres: aut ipsum est igneum & multūm acre, ob id ventriculi superficiem vehementer afficit, & ulcerat. Agens nanq; in partem sensu exacto præditam, vehementius imprimitur, & magis afficit. Huic autē morbo alios multos excitatu, facile cognita tibi ipsius causa, occures: nunc per ea, quæ corrigunt quantū incommodi à medicamento ventriculus accepit: nunc per ea, quæ imbecillitatis causas vel auferunt, vel corrigunt: nunc per ipsum roborantia: nunc per ea, quæ prohibēt materias ab aliis partibus in ipsum effun-

Curatio.
lib. 7. methodo
di etiam do-
cetur.

* Lib. 2. de effundi & affluere. * Id quod frequenter contingit, præsertim
diff. feb. ad cū materiae redundant in aliqua parte vicina, eaq; robusta:
finē & lib. transmittit enim ad imbecillum ventriculum, ob id promptū
method. 12. ad recipiendum. Agens enim etiam nō ita validum, facile im-
Lib. 1. Feb. primit in corpus ad patiendum præparatum.

Canon primus.

Medicamenti Cū medicamentis purgantibus propè omnibus propriū
natura lib. Sit ventriculo nocere, multisq; causis & modis ipsum la- 10
3. temp. & cessare, ob suæ scilicet substantiæ contrarietatem, & actionis
initio simp. violentiam, in ventriculum ipsa recipiēt, totamq; ipsius na-
turam: multa cura, præcipuoq; studio, his tum causis, tum mo-
dis molestiarum est resistendum, his præsertim remedii, quæ
ipsum roborat, & quiete somnumq; cōciliant: ut alimentis his
delectis, & paulatim datis, quæ ventriculum roborēt, eiusque
partes in unum cogat, & lassitudinē ab eo purgante medicame-
to ipsi impressam abigant. Neq; imitandi sunt, qui post pur-
gatorium medicamentū festinanter iura pinguia, & pulmen-
ta mollia propinant, cum hæc ventriculū laxent, & emolliant, 20
& repleant, ob hæcq; cibi fastidiū & nauseam generēt. Quan-
quam iusculum huiusmodi sorbere interdum est necesse, tum
præsertim, quando medicamentū violentius à partibus nutri-
toriis deturbandū est. Iusculūm enim lauat, & citò lubrica-
re facit medicamentum. Dandus itaq; tunī cibis, qui ventri-
culi partes laxas in unum cogat, ipsumq; roboret: qualis ma-
xime idoneus fuerit subacidus, & subausteris aromatibus pa-
rum astringentibus conditus, vt mitia & sègles, conditū cydo-
niōrum, & similia. Paucus autem dandus est, quantus scilicet 30
7. metho.

+ Cestiana omnino miscere oportet mentham, omphaciū, cydonia, tma-
Gale. ibide. tiana mala, succum granatorum & rhois, cydonia condita, cy-
doniorum conditum, aromata, & similia. Bibat autem vinum
tenue, odorum, leue, aqua sole vel igni parum cocta, quanta
opus est, dilutum, pauca quoq; rosata adiecta. Vitet autem
vinum dulce, crassum, turbidum, aquam prætereat tum calidā,
tum exacte frigidam: illa enim ventriculum laxat, & virtutē
method. 10. eius dissipat: hæc imbecillum calorē extinguit. Potus verò
method. & sit parcus, etiam si magna sitis est, quam potu largo placare ne 40
ten

tentes. Nam sitim tolerare, ventriculum roborat. Vitet præter *aph. 21. li. 5.*
hæc pinguia, pisces, fructus, cibos coctu difficultes, & malis succi, *Sicca re-*
coitum, & iram. Hæc enim post purgationem corpus senescere faciunt, & in morbos præcipitant. Somanus vero post purga- *triculi ro-*
tionem ventriculum & corpus reliquum emendat, & pristino borant lib.
vigorí maxime restituit. Omnes enim ventriculi molestias ex *Symp.*

vacuationis agitatione proficiscentes sedat. Deligatur itaque
cibus & potus talis, & paucus aer temperatus, gaudium, deli-

10 *Balneum aquæ tem-*
centissimum, nisi immoderatius vacuetur: tunc enim necessa-
rium ob id per immodicam huiusmodi vacuationem impe- *peratae ad*
randum est. *cutim auer-*
tit. Sit autem
breue, & si
opus est, fre-
ques, ne vi-

Canon secundus.

*I*N auferendis vero causis imbecilli ventriculi, danda est *res reliqua-*
opera, ut quæ illas auferunt remedia omnino etiam ventri- *culum roborent, vt his integra succedat ventriculi sanitas.* Quæ dissipet.

20 *tem præstabant mista illis cardiaca medicamenta, & stoma-*

chica. Si autem imbecillus est ventriculus, ab intemperie per
medicamentum excitata, curabis idoneis ei intemperaturæ *Hæc lib. 7.*
misticis remedii. At si imbecillus est ventriculus, ob id quod per *metho-*

purgationem latora eius sunt rarefacta & attenuata, sanatio
est difficilis. Curabis tamen partim vietus ratione, virtutem
eius paulatim instaurante, potissimum quiete, & cibo boni

succi citò nutritio sed pauco, qualis est vitellus oui recentis & sorbilis, hepar gallinæ iuuenis & pinguis, alæ auium &

pullorum, viniū odorum: partim medicamentis virtutem *Olea, vn-*
ipsius congregantibus sumptis, qualia sunt astringentia, odo-
guenta ce-

30 *rata, non valentia. Emplastrum quoque ex medicamentis rata, empla-*
astringentibus, & odoris ipsi imposuisse confert: conseruat *stra, lib. 7.*
enim ipsius calorem resolutam periclitantem, ob ventriculi ra-

ritatem. Quod si adeò attenuatus sit ventriculus, vt hecti-
ca immixcat, ventriculum modis omnibus humecta, præci-
piue his, quæ tum corpus, tum virtutem instaurare partim di-

ximus, partim dicemus. Si præterea ventriculus est imbecilis, ob id quod humor benignum vacuauit medicamen-

tuum; & prauum reliquit, aut quia humor prauum com-
mouit quidem, sed non vacuauit: eo humore vacuato fa-

40 *nabitur, si ventriculum quoque postea roboraris. Quod si*
imbe-

imbecillus est, quia medicamenti portio villis ipsius adhæret, dictis remedii curatur. Si ventriculum vlcus à medicamento imbecillum fecerit, idq; recens sit, da roborātia, & vlcus glutinantia: si vetus, tergentia aliquando, aliquādo glutinantia & roborantia.

Canon tertius.

Modus autem tribus vētriculum imbecillum roborabis: primō, causa lēdente ablata, quemadmodum ante docui: secundō, his quæ ipsius lassitudinem tollere scripsimus: tertio, cibo, potu, & aliis omnibus, quæ roborant, & virtutem instaurant, adiuuantibus in id aromatibus stypticis, & rebus aliis parum acidis, præsertim primum aut secundū caloris aut frigoris gradum non excedentibus, quibus natura gaudet. In singulis autem tribus modis prædictis, eorū virtutē thesaurum roborare conuenit.

Canon quartus.

VAcuata ex ventriculo materia, ad ipsum affusa, iterum recipi in eundem prohibebis bifariam: primō, materiae *Balnea fu-* ad contraria reiulsione, per frictionem extremitorum, & alia *sam à se ma* iam dista, præter balnea: secundō, virtutem ventriculi in vnu *teriam ad cogendo*, ipsumque ventriculum roborando, ne humores ab fluendū ex- aliis partibus transmissos recipiat. Virtus nanq; vnta contraria fugat, non admittit.

Desiti post purgationem.

Hec propè **S**itis antē interdum sit, quām purgatorium medicamentū omnia ex cō vacuet, interdum purgationem sequitur: est quādo immōtario *Ga dicam purgationē*. Si ante vacuationē excitetur sitis: eius cau- 19. lib. 4. le. in Apho. sa est, vel medicamentum, vel ventriculus, vel humor vacuan- dus. Medicamentum quidē calidum, acre: salsum, amarū, aut Sitis à cali- aliter desiccans: ventriculus verò natura calidus aut siccus, aut do, vel siccō, calidus simul & siccus humor calidus & acer, vt bilis, flaua, vel vtroque præsertim, & salsa pituita ventriculo consuetior. Hic autem lib. 1. simpli. cum medicamento vbi vacuatus erit, sitis cessat, nisi fortè is cap. 30. humor intemperiē in parte reliquerit. Si autem vētriculus hu- Aphor. 19. more crasso, lento, & pituitoso abundat, sitis nō gignitur. Hoc lib. 4. ab hoc autem vi purgatrice medicamenti vacuato, sitim succedere diuersus est. bonū est. Id quod Hippocrates innuit hoc aphorisimo. Si quis 49 ob suam

Ob suam plenitudinem non sitiat purgatus, iterumq; sumpto medicamento non sitiat, iterum atque iterum purgandus est, donec sitiat. Qua sententia voluit Hippocrates, vt Rufus est interpretatus, † confertim exquisitissime corpus esse vacuan- ^{τὸν ἄθριόν τοις} dum, donec sitiat. Rufus autem male oblitus erat sermonem Græcè, vul- hunc Hippoc. in Epidemiis dicentis, per opus medicamenti purgo simul & gatorij non veniendum esse ad ultimam vacuationem, quod semel. hæc naturam terret. Ob id salubrius putauit Galenus, vacua- ^{Rufus Ephē} tionē iterare, quam semel multam facere. Hac igitur ratione *suis medicis*
 10 sitis à purgatione laudatur. Sitis verò illa laudabilis Ioannitio *carpitur*. significatur, cum qua simul adsint etiam laudabiles & legiti- ma, læuitas, iucunditas, quies. Immoderatae autē actioni pur- gantis medicamenti succedens sitis, ab Hippoc. non intelligi- tur, quod inanitio immodica hecticam, & attenuationem ven- triculi, & sitim, & asperitatem excitat: estq; illa terroris signū potius, quam commodi alicuius. Siti verò quam Hippocrates intellexit, nullis opus est remediis, præterquam tolerantia, & somno. His enim duobus sic sedatur, vt etiam probius coquat ventriculus. Ne igitur tam confidenter potum multum mox
 20 propines. Hic enim virtutē abolet, sitimq; potius auget, quam minuat. Ad hæc obstrunctiones prauas excitat, quibus hydrops interdum succedit. Cùm verò sitis est à calore ventriculi, bla- dè tractanda est, quoad medicamenti purgantis actio erit ab- soluta. Tunc enim si ventriculi intemperies perseveret, sitim curato his quæ intemperiem conuenienter permuntant. Cauen- dum autem tibi est, ne naturam potu multo obruas, cùm sitis potius frangenda sit his, quæ lambendo sumuntur, qualia mul- ta doctis scribuntur. Si denique sitis vacuationem immodera- ^{Vt succitate} tam sequatur, modis omnibus, totaque victus ratione hume- ^{emedit. Ga}
 30 etat: cautione tamen interim adhibita, vt coctio sumptorum *len. libr. 7.* purgantis ratione, nūc ob materiae per ipsum motæ naturam. ^{3.lib.7. meth.}

De singultu post purgationem.

C A P. VII.

SIngultus est ventriculi motus conulsorius, à re ipsa noxia ^{sic Gale. in} excitatus: seu, est partium ventriculi motu violento aggre- ^{sympo. dif-} gatarum contractio. Is autem medicamento purganti aut in- fer. & aph. teruenit, aut succedit. Interuenit quidem, nunc medicamenti ^{3.lib.7.} purgantis ratione, nūc ob materiae per ipsum motæ naturam.

40 Medicamenti ratione, quia ipsum aut suo calore immodico &

acrimonia mordet ventriculum, aut siccitate eundem corrugat & coarctat. Ob materiae verò per medicamentum motæ

naturam, cùm ipsa in ventriculum effusa aut calida acris, mor

dax, suo morsu conuulsionem excitat: aut crassa frigida eun-

dem grauiat & replet: aut in flatum est soluta crassum, replen-

Lib. 7. meth. tem ac extendentem ipsius tunicas. Succedit autem singultus

actione medicamenti purgantis, ob siccitatem ab immodica

vacuatione excitatam, & eam aut nondum consummatam,

Initio progr. aut confirmatae proximam, quæ Hippocrati signum est lethale.

Singultus verò quem medicamentum purgans per se ex-

citauit, curatur, his vicissim adhibitis, quæ ipsius virtutem al-

terant. Ob materiae verò naturam factum curabis, blandè

acrimoniæ ipsius frangentibus, donec ipsa materia vacue-

tur: quando etiam vestigia ab ipsa ventriculo impressa altera-

re oportet. Factus verò singultus à siccitate non consummata,

humectantibus iuuatur: quin & interdum sanatur. A' siccitate

autem velut sigillo impressa, & consummatæ propinqua, vix

sanatur, ut inquit Hippocrates in Aphorismis. Id quod eo po-

steriores quoque asseruerunt.

De dolore ventriculi post purgationem.

C A P . V I I I .

Dolor ab alteratio[n]e sub ipsius æqualem vel inæqualem, à medicamento purgante aut solu te excitatam: aut ab eodē ulceratus, aut flatu calido acri pun-

tione contingeniente, vel crasso frigido, quem medicamentum in ventriculo

nui Gal. vt mouit, non dissipauit. Si intemperies est, ca[use] sola, curabitur

hic Mesue. contrariis alterantibus quantum conuenit. Si verò nō sola est,

Lib. 6. sani. sed cum materia, ea prius coquenda, p[ro]st vacuanda. Si ulcerata,

tuenda, et[er]tus est ventriculus, hæc solutio continui curāda remediis à no-

litr. 7. me- bis dictis. Si à flatu calido aut frigido, resoluatur hic remediis,

tho. 5. Gal. quæ docti scripserunt.

Ibidem.

Gal. lib. me-

tho.

De ulceratis intestinis post purgationem.

C A P . I X .

*I*ntestina ulcerantur aut à medicamenti facultate, aut ma-

teria acri, incidente, ulcerante, à medicamento mota. Dixi-

mus autem medicamenta, quibus est incidendi ac ulcerandi

proprietas. De hisque iterum dicemus in simplicibus.

Distinguenda verò tibi sunt intestina ulcerata, sintne supe-

riora

THEOREMA QVARTVM.

51

riora seu tenuia, aut inferiora & crassa, aut media.

Quam rem ex situ doloris & puncturæ discernes, & strepitum [βογβογγιμενος Græci, vulgus gurgulationes vocat] differē. Gal. libr. 5. tiis, & aliis signis, quæ à peritis medicis conscripta sunt: à qui- bus etiam ratio curandi vlcera intestinorum superiorum, in- feriorum, & mediorum exactè est tradita: & ex illis tibi est co- gnoscendum. Quòd si hæc à medicamenti purgantibus reliquiis excitata suspicio est, curabis virtutem medicamenti frangentibus remediis, & foras extrudentibus. Si à materia acri & vi- cerante, eam coque & blandè clementerque expelle, ne no- xam noxa cumules. Post hæc tergentibus & glutinantibus di- catis utere.

De cruenta deiectione post purgationem.

C A P. X.

D Eiectio fit cruenta vel intestinis à purgatione vlceratis, vel vasorum orificiis à medicamento mordente, ut colo- cynthide, cucumere agresti, & similibus, adeò patefactis, ut sanguine manent: vel ob id, quòd vacuatio tam immoderata per medicamenti attractionem superfluam excitatur, ut vis naturæ afferatur, cogaturque ipsa magno suo incommodo sanguinem trahenti violentius in medicamento permittere. Vl- cerū autem curationem iam diximus. Si venarum ora immo- deratiū pateant, curabis remediis prius dictis, præsertim quæ partium essentiam vniunt, roborant, glutinant. Si denique cruenta sit deiection, à purgatione immodica est iam dicta prius curatio.

De Tenesmo post purgationem.

C A P. XI.

T Enesmus fit spinctere vel vlcerato, vel medicamenti, aut materiae per sedem vacuatæ acrimonia commorso, vel perfrigerato. Ob quæ fit inanis quædam desidendi cupiditas. Curatur tenesmus balanis, enæmatibus, emplastris, pro varia affectus causa scriptis à doctoribus.

De laſitudine seu imbecillitate corporis

post purgationem.

C A P. XII.

C orporis imbecillitas interdum vacuationi immodicè suc syncope est cedit tanta, vt vires prosternatur, ob id rectè Galenus va- præceps vi- cuationem repetere, quām exquisitè semel vacuare maluit: & riū lapsus.

d 2

Hipp.lib.de
natu. huma-
na.

spinctor mu-
sculus sedi-
traversus,
eam clau-
dens.

A pituitæ
etia vitrea
et salsa
mordetur.

Aph. 5. li. 1. in morbos à plenitudine, quām ab inanitione, aliquem prolatum progn. li. bi. tolerabilius esse existimauit: id ipsumque verbis Hippocratis confirmauit, dicentis facilius esse repletum inanire, quām acutorum. inanitum replere. Morbum autem posse curari, vel non posse. Copie quām se, ad virtutem refertur, autore Ioannitio: illud quidem salinopiae praeuam, & integrum: hoc verò lapsam, vel imbecillam. In morbo sentius rebus autem à repletione, salua magis est natura: in his verò, medium. quos inanitio parit, velut lapsa iacet. Est igitur repletum inanitio. Naturamor nire promptius, quām contrà: Corporis quoque imbecillitas bos sanat. interdum sequitur medicamenti purgantis malignitatem, ob Plenum inexcitatam scilicet ab eo intemperiem: aut naturae fatigatio anitetur omnem, propter ipsius cum natura contrarietatem. Quapropter propemodū æquum esse censuit Democritus, valens medicamentum regenerare caudere imbecillum, malignum verò salubre. Id quod opere hoc sarum salu toto contendimus, & præstare conamur. Imbecillitas corporis brium: ma-purgati item gignitur, interdum ab externo calore & æstu, ne autē cor-natiuum calorem & spiritum dissoluēte, & à corpore profundus viuum do ad cutim trahente. Ira quoque purgationi accedens, & sola nutrilitudo, & coitus, & labor, & reliqua viuendi ratio prava, vitione repleri res deicit. Hanc autem corporis imbecillitatem sanabis, copotest, ut li. gnita ipsius causa: ad quam propulsandam interdum conatus 7: meth. per omnes nostros diriginus, ea que demum est ritè curandi metibū coctū à thodus, & opus medici præcipuum. Est tamen quando prius virtute ro- contra ipsum symptomam nobis pugnandum est: tunc præserbuſta, qua-tim, cum ob ipsius vehementiam virium resolutio timetur. Si lis in plenis autem imbecillitas hæc ob vacuationem immodicam continet potius, git, analepticæ artis parte, hoc est refectionia & renutritoria, quām in- vtendum est, ut in ventriculi imbecillitate diximus. † Si verò nitis, imbecillitas hæc corporis ab intemperie est, contrariis antē di- Curatio. Etis profligetur. Si fiat spiritibus ab æstu, labore, coitu, ira, re- † Sic commino solutis, prædicta victus ratio est necessaria. Cum verò contra Gale. lib. 7. symptoma pugnamus, renutritoria victus ratione & robo-meth. rante est opus. In id etiam per quām commoda est delestatio, & alimenti paulatim pro viribus facta accessio. Adhæc somnus, quies, iucunda & suaueolentia adhibita, medicamenta carnicia lib. 7. me diaca & stomachica. Balnea quoque præsertim dulcis aquæ, tho. Gal. absoluta propermodum curatione sunt saluberrima: & in his ipsis ius pullorum & auium aliarum, & vitellos ouorum forbere, præsertim si lenis frictio præcesserit, & neruorum musculorumque vncio ex oleo aliquo temperato, quale est oleū 40

THEOREMA QVARTVM. 531

Ex spica, oleum chamæmeli, oleum leucoij lutei. Oleum quoque vetus, autore Galeno, lassitudinem soluit. Adhac oleum mastichinum, cum oleo rosato, & vino antiquo factum, lassitudinem, debilitatemque neruorum aufert.

De conuulsione post purgationem.

C A P . X I I I .

Conuulsio in purgatione ipsa interdum accidit, interdum post ipsam. Quæ autem in purgatione accidit, interdū fit ob materiam multam à medicamento commotam, non tamen vacuatam, sed ad nervos & musculos aliquando procumbentem, eosque replentem, & villos ipsorum extenden-tem. Quo fit, ut nervi & musculi in latum aucti, breuiores euadant, longitudine scilicet naturali tum minuta. Quapropter ceu chordis tensis vinclæ partes, motu contrahuntur dolorifico multùm, qualiter arcuum chordæ breuiores redditæ. Porro ad hanc conuulsionem propensi sunt magis, quibus est corpus impense plenum, & meatus in eo angusti: quibus item nervi sunt humidiores: qui denique vino se multo frequenter ingurgitant. Fit item conuulsio hæc interdum à vapore turbido, crasso, quem cum flatu inflante medicamentum ad nervos sustulit. Fit etiam à frigore vehementi, nervos & musculos corporis purgati lædente, cogente, densante. Quapropter hi versus principium suum contrahuntur. Nonnunquam fit à medicamenti qualitate venenosa, nervos & musculos feriente, quam vt hi à se expellant aut ut omnino vitent, contrahuntur. Quæ verò ex siccitate conuulsio ab Hippocrate ceu lethalis damnatur, ea potissimum intelligitur, quæ fit à siccitate consummata. Quanquam autem ex repletione conuulsionem febris superueniens soluat Hippocrati, rectè viri huius consilium est accipiendum. Quædam enim à plenitudine conuulsio est, quam febris superueniens tantum abest ut sol- sim, & ini- uat, vt etiam febrem ea de causa excitasse, malum geminet: tio prognos. qualis ea præsertim fuerit cōuulsio, quam parit materia mul- ta per medicamentum commota: sed nō vacuata, quæ in ner- uos & musculos, vt dixi, incubuit. Medicamentum nanque purgans, febrim flammeam dum reddit, venenosam ei qual- tatem acquirit longè nocentissimam. Rectè autem curabitur, si repente materiam commotam vacuaris, idque vel medica- menti vim adiuuando, acquisita scilicet ei & facultate pleni-

Sic Gal.lib. tūdinem vacuatura: vel etiā superdato valenter purgante
 §.meth.in alio, si opus esse tibi videbitur. Posthac noxas neruoso generi
 punclo ner- impressas corrigē, ipsumq; robora, & spinalem medullam, &
 uo. cerebrum, & corpus reliquum. Si autem à vaporibus elatis cō-
 uulsio fiat, curabis dicta vīctus ratione, & dictis omnibus re-
 mediis, quæ vapores in contrarium reuellere possunt. Si à fri-
 gore, calefacientia neruos & musculos omnia sunt remedio. Si
 à qualitate venenosa, curabis per ea prius dicta, quæ maligni-
 tatem hanc citò de corpore detrudunt: adhac tum ea, quæ ner-
 uos & musculos à noxis in idem acceptis vindicant, tum per

Apho.3.¶ 10. ea quæ ipsos roborant. Conuulsionem verò ab euacua-
 4.li.5.¶ a- tione immodica, lethale scripsit Hippocrates, quæ
 libi paſim: à siccitate omnino est: quam si consumma-
 Gal.li.7.¶ ta est, insanabilem diximus. Si non est
 10.meth.¶ confirmata, curetur ratione vīctus
 lib. februm humectante, & auctiore
 ¶ de ma- tum cibo, tum som-
 rasmo. no, & simili-
 bus.



INDEX MEDICAMENTORVM
simplicium purgantium à Mesue libro secundo
tractandorum.

*
MEDICAMENTA SIMPLICIA
PURGANTIA.

	Clementer.		Valenter.
Chola-	Aloë, Absinthium, Rosæ, Rhabarbarum, Myrobalani, Pruna, Tamar Indi,	trahendo & astringendo, flauæ: nā aliæ aliud vacuant. astringendo.	Agaricus, Asarum, Aristolochia, Bryonia, Cyclaminus, Cucu. agrestis, Dracunculus & arus,
goga.	Cassia, Manna, Viola nigra, Psyllium, Adiantum etiæ phleg.	Lubricando.	Elleborus, Esula, Hermodactylus Iris, Scilla, Turbiti.
Phlegma-	Cnicus, Lupulus, Hyssopus, Eupatorium & cholag.		Euphorbium, Opopanax.
goga.	Stæchas, Aqua lactis. Fumaria, Epithymus, Thymus leuiter, magis phleg. Polypodium, Ius gallorum phleg. cum phleg. melanogogum cum melanog.		Scammonium, Sagapenum, Sarcocolla.
Mela-		Fructus & flores.	Balan⁹ myrepſica Centaurium, Colocynthis, Coccum Gnidium, Genista, Ricinus, Senna.
nogo-			Armenus lapis, Cyanus lapis, Nitrum,
ga.			Salu genera.
			d 4